



H. ii. EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
II
5. SIGNAT. CLVCCCCXIII.



In hoc volumine continentur:

1. Parschitius: Dyodekas *trabo III. 3433.*
2. Annus jubilaeus Leopoldi I. *trabo III. 3571.*
3. Hexastichon in Leopoldum Jos. Guil.
4. Parschitius: Pio... Josepho I. s. *trabo III. ~~2254~~ 3484*
5. Mausoleum regum Ungariae *trabo III. 2254. Oppony 863*
6. Tremellius, J.G.: Pomerania.
7. Parschitius: Trifolium anagr. 1694
8. " " " 1695
9. " Aristokratia *trabo III. 3809.*
10. " Descriptio regum jud. *trabo III. 3726.*
11. " Symbolum
12. " Corona anagr.
13. " Anagramma
14. " Corona anagr. 1693
15. Meurer, Garlef: Gloriam ...
16. Teister, David: Sol Solisburg...
17. Ostrowski M.v.: Panegyricus
18. Salpius, Joh.: Ad nat. Frideri III.
19. Sacra iterum Fssiaca ...
20. Müller, Joh. Gg.: Epos
21. Templum ss. Trinitati dicatum ...
22. Pocanus, Mich. Chr.: Als Hr. Christian ...
23. Als auf hochfürstl. gnäd. Verordnung ...
24. Ischwend, Adam: Ad audiendam panegyricam
25. Als die von dem Durchl. Fürsten ...
26. Telonius, Mich.: Den Herzens-Tempel ...
27. Wendel, Wolf. D.: Vivat senatus Lipsiensis
28. Kassai, G. Ab.: Suspiria *trabo III. 4253*
29. Kotzi, Sam.: Suum cuique
30. Musa somnians

31. Cum vir nobilissimus C. Donati...
32. Cum rector magnifico ... J. Strauß...
33. Designation der Inscriptionen.
34. Christophori, Matth.: Par
35. Grossgebaur, Phil.: Ancile Vinariae s.
- 36 = 28. *trato III 4256*
37. Kassai, G. M.: *Interpres trato III 4065*
38. Catalogus lectionum Upsal.
39. Ammersbach, Hm.: Lux & dux.

==

Ung II 5



20
IN INAUGVRATIONEM
ÆDIS SVBVRBANÆ
ANTE IOANNEAM

DEO BENE IUVANTE

A V S P I C I I S
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI

IO. GEORGI

SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE AC MONTIVM, ANGARIAE
ITEM ET WESTPHALIAE DVCIS, LANDGRAVII THVRIN-
GIAE, MARCHIONIS MISNIAE, PRINCIPIS HENNE-
BERGIAE, COMITIS IN SAYN, WITGENSTEIN
MARCA ET RAVENSBERG, DYNASTAE
IN RAVENSTEIN

DOMINI CLEMENTISSIMI NOSTRI

INGENTE SVMTV

SINE EXTERORVM ADMINICVLIS

AD CORONIDEM VSQVE IAM EDVCTAE

E P O S

AD

AMPLISSIMVM SENATVM OPPIDANVM

EXHIBEBAT

IPSO DIE SOLENNIVM

XVI. IVL.

cl^o l^oc^o XCIII.

M. IO. GEORG. MULLERVS

FACVLT. PHILOS. ADI.

ET SENAT. SCHOL. RECTOR.

I E N A E

LITERIS NISIANIS.

EDIS SVBRBANA

ANTE IOANNEAM

DEO ERNE IVANTE

AVSPICIS

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

IO. GEORG.

SAXONIAE, IVIACI, CIVIAE AC MONTIVM, ANGARIAE

ITEM ET WESTPHALIAE DUCIS, LANDGRAVII THIRIN-

GIAE MARCHIONIS-MISSIAE PRINCIPIS HERNE-

BERGIAE, COMITIS IN BAYN, WITGENSTEIN

MARCA ET RAVENSBERG, DYNASTAE

IN RAVENSTEIN

DOMINI CLEMENTISSIMI NOSTRI

INGENTE SVMTV

SINE EXTERORVM ADMINISTRATIVIS

AD CORONIDEM VSQVE IAM EDVCTAE

E P O S

AD

AMPLISSIMVM SENATVM OPIDANVM

EXHIBERAT

1850 DIE SOLEMNIAM

XVI. IUL.

cl. Jc. XCIII.

CAR. IO. GEORG. WUELLERUS

FACTUS PRINCEPS. MDL.

ET SENAT. SCHOL. RECTOR.

I E N A E

LITERIS NISIIVIS.



* * *

Di faciles nostris respondent ausi-
bus, itque

Quo de spes anceps fuerat. Fidu-
cia coepti

Perrupit secli sortem, votisque reperta

Est via. Post sacrosque lares & tecta re-
fecta

Abstersosque situs, Superùm molimur in ipsis

Sedem visceribus, coeloque educimus altò.

Nec vulgi saltim est ardor, fundamina (a) Divi

Prima locant, trabæque favent, ostroque fa-
brilis

Non est trulla pudor. Veterum vestigia

juxtà

Heic quicquid facimus, superat, lenamque per

oras

Ostentat latè viventem: Celsius auris

Edita sese infert turris, speciosaque multis

Versuris latus omne patet. Laquearia pendent

Intus ab Ausonia dextra & plus Mentore ligna

A 2

Hic

(a) *Primos lapides posuere memoria Heros gloriosissima IOANNES
GEORGIUS, PATER, Principes Serenissimi WVILHELMVS
ERNESTVS, IOANNES GEORGIUS, FILIVS & gloriose
itidem memoria IOANNES WVILHELMVS.*

Hic possunt placuisse sibi, formasque stupere
Ipsa suas. Nec jam Salam (a) theatralia tangunt,
Papales nugæ. Ter eat, redeatque fo-
resque

Pulset, cumque suis inclamitet infula, nostri
Nequicquam accipient postes, non sedibus ulla
Non aræ, non parietibus fitis. Esse Patronum
Baptistam voluit quondam vicinia, sed non
Expendit priscum mensuram nominis ævum.
Hæc est sacra DEO domus, hæc penetralia præ-
fens

Incolet, & quamvis supraque infraque manebit
Et circum, vi cuncta replens, hic ignis & ara
Dein erit. Haut secus atque in agroque foroque
locisque

Verfatur multis herus, at secernitur unô,
Quà bona dispensat servis, quà cernis adiri
Atque salutari, totisque habitare diebus.
Non ceram expectat flavescensque lucer-
nam

Ara die mediô, ridetur capsula nobis
Et quicquid mistum de pulvere servat & unda,
Deque sepulcretis septem, deque ossibus olim

Suppo.

(a) De quibus Durandus & Durantus, ille in rationali, hic de ritibus.
Eccles.

Suppositis. At enim nostrum primordia signant
Hæc, factumque Deo per coemeteria cultum.
Esto, non opus est illis monitoribus, ædem
Qui jam nunc struimus media inter busta do-
musque
Functorum, & quibus haut ratio sat cetera plana.
Interea Præsul Latius dum quattuor aræ
Cornua, totque alias oleo res ordine longò
Afficit, atque operam cum nisu sumit inanem:
Quà nobis olim præitum, felicius imus
In ritus moresque pios atque acta priorum
Christi adum, fundata suâ ratione, suoque
Et præciò & fructu jam commendata per orbem.
Nec gravitas nostræ commiserit illa tiaræ,
Vt decus atò faciat spectacula postu
Adstanti coram populo, & dein vocibus hiscat,
Obscuroque sacrum mox murmuret ilicet ore.
Hactenus exsequiis facturus publica verba
Secli grande decus, cuius se flumine censet
Pei tho, GOEZI ADES totam de sedibus urbem
Excierat, toties ad pulpita pulla secutam.
Iam quibus ingratum mortis meminisse fuisset,
Idem omnes hæc ardor habet conquirere sa-
cra.

Et quò se nimium priscum jaçtaverat ævum,
Ac nostris hodie fecit mirabile seclis :
Exhibuisse virum, totas qui duceret oras
Innexasque plagas secum silvasque catenis;
Cernere erat. Sedes turgebant vultibus, ipsa
Area abundabat, non auditoria, tota
Agmina spectabas, pede pes, densusque viro vir
Hærebat, servæque locum matrona legebat
Contenta in nimio sæpe & consistere coetu.

Cùm sic Relligio: Cunctis patet area sacris.
Sive Deum placeat sociatâ posceremente,
Inque suos ausus accersere, sive vacare
Verbo, & divinis haurire oracula rostris,
Multis sat fuerit Michaëlis millibus una.
Atque in Paullina totum est Heliconâ videre
Basilice, quoties Academia læta triumphis
Promicat, & capiti defert insignia sceptri
Aonii, aut precium plenô doctrina theatrô
Fert, funditque omnes sese invidiosa per artes
Mensis, proventu nullô majore Lyceô.
Circumscripta olim nimis arctô limite sola
Lugentum domus est, spacioque coërcita par-

vô

Et

3 A

Ventu-

Venturi ignaris secli. Nunc amplior ora
Iusta capit, munusque pium, diffusaque sacra
Inter busta vigent etiam. Mox imbibet isthinc
Iena, quibus nitens momentis lætiùs ire
Mortis in amplexus queat, & dediscere larvam.
Ipse Sophus cernet, quid distent nostra Suorum
A scitis (a), quamq; omne jubar dispareat istò
Lumine. Non equidem nihil est: Hac nascimur
omnes

Lege, suis ut nos totâ fortuna sagittis
Exponat vitâ. quod ineluctabile rectis
Consiliis nunquam culpes. nihil accidit omni
Orbe novi, quicquid pateris, tot & antè tulere.
Hic potiora tamen capiet: Vim ferre bonorum,
Non fore perpetuam mortem, non didere ami-
cum
Vsque latus. Populis insedit opinio totis,
Fasque (b) barbaries, melioraq; nomina causis
Evicere suis, animum post fata manere
Nec sentire rogam. Sed si proceditur ultrâ

A 4

Igno.

(a) Pleraque, quæ Philosophi in suum & aliorum solatium dixere & fecere, compendio proponit M. Tullius ep. 16. lib. V. ad fam.

(b) Testis est Ioseph. Acosta de Peruvianis lib. 5. cap. 7. et de Mexicanis de Tououpinambaultis Io. Lerijs, de alijs alijs relationes navigantium.

Ignorant, dubitant & habent præcordia noctes.
Hic (a) spondet reditum, fortisq; instaurat iniquæ
Ilion, hic (b) transire animas, licætaque priore
Sede, novis domibus vult vivere, plurima turba
Differt nosse statum, quoad experientia monstret.
Hæc simul ostendent habitacula vera piorum
Rostra, manumq; Dei nobis Abrahæq; sonabunt
Dulce animis gremium. Se totam cuncta Minerva
Excutiat, cumulet sua pondera, quærat in arte
Naturaque typos, nullo molimine corpus
Asferet his animis redivivum in membra reverti.
Quæ sentit mortem, finitque in odoribus ævum,
Et reparat deinceps, seque ipsa refeminat ales
Fabula prisca fuit vatum. Simulacra ministrant
Vera equidem argenti latices viventis, at ipso
Toto ne quicquam pars discrepat, unde redire
Cernitur. Arte suâ testam, quæ cesserat olim
In terram, figulus referat, lixiviam cogant
Frigora in urticam, cuius fluxere favillis,
Admotoque iterum surgant de pulvere clauso
Igne rosæ molles, & multo crine papaver:
Si quidquam, arte DEVM saltim non esse minorem
Inferet hinc, quin si dudum processerit isthæc
Huc, infinitis plus viribus esse relictum.
An verò (neque enim extemplo fecisse tenetur,

Quan-

(a) Stoicorum παλιγγενεσία.

(b) Pythagorica μετεμψύχωσις.

Quanta potest) mens dia ferat, tam grande patrare
Unquam, discutient ipsi nova pulpita Divæ.
Atque hîc Iobæas voces & nixa futuris
Pectora, spemque iterum sumendæ pellis, & ulcus
Innocuum referent, vanasque in vermibus iras.
Quin & Bethanicum specimen, miraculaq; pandent
Felicis Naimæ, moestoque reducta Iairo
Gaudia, deque tuba summâ promissa fidemque
Non dubiam. Minos, Rhadamanthus nomina fando
Tantum nota suis. Sed & iisdem certior urna
Hic & quæsitur monstrabitur, ire venire
Iusfurus fontes aut dignos æthere manes.
Nec minus hæc quàm vita brevis, spemq; inchoet anni
Frustrâ unius homo, nullô & discrimine agatur,
Imberbis seniumve fuat, subsellia discent.
Quàm mundo sit nulla quies. ut præstet abire,
Quàm dubiis hædere diu, & decidere certis.
Vt vis grandis opum, mens ignea, adorea famæ,
Forma fidem temerent, mediaque in morte re-
linquant.

Sic sapiet mihi lena magis referetque beata
Ad finem dein quicquid aget, velut unica meta
Stat remis multis, aut omnis linea punctum
Respicit, atque in idem per totum desinit orbem.
Deteriora volent nostri desvescere mores,
Atque modum figent vitiis. conspectior ipsa
Mox

Mox fiet virtute fides, Christianaque sumet
Augmina res, lateque suos diffundet odores.
Obsequii primam ducent obnoxia laudem
Pectora. non læsum acceptas fatiare iuvabit
Offensas odiis & sanguine. pristina Siren,
Quæque virum Cypris pulcros effoeminat annos,
Tota aberit. non foetus opes depascet iniquis
Quæstibus, & sensim vis expirabit habendi.
Tuta bonis famæ reverentia stabit, & atrum
Virus dein reprimet, tacitosq; calumnia morsus.
Discedet fastus vesicaque moenibus omnis,
Nec sanctas luxus mentes & pocula mergent.
Vtilibus rectum præponet, & omnia certâ
Expediet fas lance, suo sine fraude relicto
Cuique hominum. cumulo dives decidet & arcâ,
Aspergetque ope pauperiem, solumque putabit
Extra fortunam, quicquid donabit egeno.
Invictas duris reddet patientia mentes,
Erudietque ævo nil respondere futuro,
Quæ nos cunq; premunt hęc infortunia mundô.

At vos egregias animas devotaq; CHRISTO
Pectora, queis præsens opus atque exordia rerum
Tantarum debent hæc tempora, tota Camœna
Per terras feret & populos. Hoc Geta loquetur,
Hoc Albis potor, Cimberque & multa Lyceô
Nostrô Scambrum proles, vicinaque Franci

Nomi-

Nomina, quosque Nicer mittit, rapidusq; Viadrus
Et Mosella simul. Quin longior audiet orbis,
Ad Salam nova Thyrigetas documenta dedisse,
Credere se bustis superas evadere ad auras
Corpora, & exesos misceri mentibus artus.
Cui Gentilitium, rerum proferre Sacrarum
Limina, & antiquos Superum diffundere honores,
Ipse Pater patriæ, Dis proxime, IANE GEORGE
Aspicias oculis hæc incrementa tuorum
Mitibus, hisque gradi non dedignabere sacris.
Barbara pyramidum tollit miracula vetustas
Congestisque putat tanti inclarescere Memphis
Marmoribus, coenæque potest Cleopatra placere
Foeda sibi, atque unâ sestertia perdere lance.
In cineres fastus se porrigit, atque minantur
Mausolæa polo, totque absorpsere theatra
Nummos, & variis merferunt sumtibus aurum.
Dignior has curas merces manet, omneq; longè
Perstringet laus ista decus, quæ surgit amore
Divorum, sacrisque venit cura que Sionis.
A Vobis discent homines, quò rectius usu
Deinceps æra locent, dignisque impendia fiant
Rebus; nec grandes abeant in inania gazæ.
At vestræ accipient arcæ cum foenore sumtus,
Quæque æstas hausit jam septima, longa reponet
Pax, & digna animis his tempora. Vita salusque
Alma

Alma perennabunt Vobis, & propria fient
Numina, nosceturque Dei tutamine Iena
Florequè fortunæ, & rerum successibus ipsis
Non (a) minus ac rigidi debellatore draconis
Atque racemiferâ foecundi palmitis uvâ.

Dixerat, atque isthæc ostrô splendescere

sacra

Coepere, & templo facies illustrior ipsi est.

Comparent Aulæ proceres, generosaq; multum

Affundit series sollennibus, ipsaque deinceps

Infert exemplô se mox Academia tantô

Divinique Patres, & grandia nomina Baldi,

Celsique ingentes, totô & Sapientia cultu,

Quorumque innumerâ sua nunc fastigia curâ

Totum cernit opus, venerabilis ordo Senatus

Ad nova sacra meant, populiq; frequentia serpit

Latiùs, usque quoad, GOEZI resonante Suadâ,

Auditum os rostris, quod uterque per Arctica

vastra

In tanta rerum Rex ubertate suarum

E nostris solum potuere requirere terris.

(a) *Insignia civitatis.*



Ung II 5

1017

17

IN INAUGVRATIONEM
ÆDIS SVBVRBANÆ
ANTE IOANNEAM
DEO BENE IVVANTE

A VSPICIIS
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI

IO. GEORGI

SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE AC MONTIVM, ANGARIAE
ITEM ET WESTPHALIAE DVCIS, LANDGRAVII THVRIN-
GIAE, MARCHIONIS MISNIAE, PRINCIPIS HENNE-
BERGIAE, COMITIS IN SAYN, WITGENSTEIN
MARCA ET RAVENSBERG, DYNASTAE
IN RAVENSTEIN

DOMINI CLEMENTISSIMI NOSTRI
INGENTE SVMTV

SINE EXTERORVM ADMINICVLIS
AD CORONIDEM VSQVE IAM EDVCTAE

E P O S

AD

AMPLISSIMVM SENATVM OPPIDANVM

EXHIBEBAT

IPSO DIE SOLENNIVM

XVI. IVL.

cl^o l^oc^o XCIII.

M. IO. GEORG. MULLERVS

FACVLT. PHILOS. ADI.

ET SENAT. SCHOL. RECTOR.

I E N A E
LITERIS NISIANIS.

NNI.
CONGRATVLANO
107. II. POM.

